Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



101

Capitulum decimum

Tempore illo dixit dnus ad me. Cuda tibi duas tabulas lapideas sicut prores fuerunt et ascende ad me in montem. Faciesque arcam ligneam. Et scribam in tabulis verba que fuerunt in prioribus quas antea confregisti. Imposuique eas marsupio scilicet aptule arcam. Eligens de lignis Setim. Cumque abissem duas tabulas lapideas instar priorum. Ascendi in montem habens eas in manibus. Depsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat ubi decem que locutus est dnus ad eos in monte. Cumque fuisset quando populus congregatus est et dedit eas mihi. Cumque ego descendissem de monte. Fecique tabulam de lignis setim et posui tabulas marsupium quam feceram ita ut usque ibi sint sicut mihi preceperat dnus filii autem israel castra moverunt ex puteis filiorum iacan in mansione ubi aaron mortuus est sepultus est. Quo sacerdotio fungebatur eleazar filius eius. Inde venerunt in gadgad. De quo loco profecti castra metati sunt in methabotha. Terra aquarum atque torrentium. Eo tempore separavit dnus tribum levi ut portaret arcam federis dni et staret coram eo in ministerio et benedicere in nomine illius usque in presentem diem. Qua ob re non habuit levi partem neque possessionem cum fratribus qui ipse dnus possessio eius est sicut promisit ei dnus deus tuus. Ego autem steti in monte sicut prius quadraginta diebus ac noctibus. Et audivit me dnus etiam hac vice et noluit disperdere. Dixitque mihi vade et prede populum istum ut ingrediatur et possideat terram quam iuravi patribus eorum ut darem eis et nunc israel. Quid dnus deus tuus petit a te nisi ut timeas dnum deum tuum et ambules in viis eius et diligas eum ac servias dno deo tuo in toto corde tuo et in tota anima tua custodiasque mandata dni et ceremonias eius quas ego hodie precipio tibi ut bene sit tibi. Ecce dni dei tui celum est